BIBLIOTEKA
Zakł. Nar. im. Ossolińskich
XVII 161

# EQVITIS POLONI ante Comitia Electionis DISCURSUS.

INSTYTUT OSSOLIŃSKICH

GEnti liberæ, & bellicoſæ Rex qværitur, cui rectè commitatur gloria, ſalus, & libertas Reipublicæ, ſed an è Regni viſceribus petendus, an aliundè? hoc merito cujuslibet boni Civis accendit ſtudia: Ego tantâ de re ſententiam meam dicturus, illud ſaltem, dum non rogatus, loqvor, ingenui laboris præmium feram, ut vel ipſe ſim teſtis mihi, qvotiescunq; ſubibit animo læta cogitatio, me hodie Patriæ probè conſuluiſſe.

Qvamqvam multos in Patria ſceptro dignos ſciam, tamen meo Judicio providè Piaſtos excludimus, ne ſemina diſcordiarum objiciantur familiis, pari ſpe, & viribus Regno imminentibus, ne facilè faſces, æqvali, ſubmiſſuris, unde Reſpublica in partes diſtracta, atqve inter ſe diviſa, fraterno ſangvine funeſtare poſſet Electionem, & campum aperire externo bello.

A Qvid

20.057

Qvid autem ſi poſt illam, de Regia dignitate, dimimicationem, illæ partes in gratiam non redeant, vel ſaltem non ſincere? Qvis clades numeret? qvibus Patria tum continuò concuteretur, dum belli, domiq; ſalutaria irritarentur conſilia. Non igitur mirum, qvod in hoc Regno, ubi ex diſsenſu unius hominis, momenta rerum pendent, in maximo ſit pretio concordia; cujus tanta inclytos ordines tenet cura, ut in ejus gratiam ſeipſum quisq, fraudet ſpe ſummi honoris, Lege hac de re laudabiliter conſtitutâ; cui contra facientes, nosmetipſos ſuperioris Regni tempore, fefellimus, cum exteris tantum amicitiæ tributum viderimus, ut in eorum gratiam comitia turbari, impediri, ne qvid ſalubre in medium conſulatur, ſemper ad factionem illam reſpiciendo, ubi in opibus, omnia fixabantur conſilia, quorum meta finalis, non publica, ſed privata erat utilitas.

Hæc dum mente tunc revolverem, ſæpe occurrebat grata recordatio Sereniſſimæ Reginæ ELEONORÆ. Et qvidni colam hanc piam Patriæ meæ Principem? quam mihi univerſus Populus, qvam Eccleſia, qvam DEUS ipſe non per injuriam coronatam, venerandam, colendam, & ſuſcipiendam propoſuit; ingratus profecto eſſem, niſi eundem ſaltem redhibeam cultum, & pietatem, qvâ ipſa ſemper complexa eſt Rempublicam: hanc autem pietatem ſummam non minus ac Imperatorium ſangvinem, & omnes uno animo compræhenſas virtutes adeo non

am-

XVII-161-III

ambigebat qviſqvam; ut eam Proceres Regni, ortis diſſidiis, inter Sereniſsimum MICHAELEM Regem, & ſe, Diſceptatricem conſtituere non dubitaverint. Utpote cujus curam pro concordia ordinum, in qva viget publica utilitas, ſcirent à ſolo amore conjugali (qvo non eſt arctius vinculum) æqvari poſſe, vel ſuperari, nunqvam illa conſiliis noſtris obſtitit, nunqvam conatus repreſsit, nec aliqvid unqvam à Publico Bono disjunctum volebat, qvod per ſua damna inveſtigabat, adeo ut pax ultima qvam cum Moſcis pepigimus, ex parte ſit beneficium Suæ Majeſtatis: redemptam enim ſcimus Bonis Sereniſsimi Regis MICHAELIS, eidem Sereniſsimæ Reginæ pro Dote, & Contradote hypothecatis. Qvid majus potuit in ſpecimem Amoris? qvam nos pretioſiſsima in terris reditando, ſeipſam pauperare? & hoc animo etiam inter adverſitates poſt fata Sereniſsimi Regis MICHAELIS, ortas, manſit immota; nunciabant amici periculum Regis conjugati eligendi: firmaret partes ſuas, Rempubulicam diſſociaret, ſibi ſecuritatem ex publicis turbis fabricaret; à qvo ipſa ſemper aliena fuit, omnem fiduciam ponendo in Juſtitia, & benevolentia Ordinum, rata, qvod optima ſit Regni, Clementia, Cuſtos. Semper mihi in auribus aurea illa Vox, qvâ tunc uti ſolebat, dum diceret. Faciant qvod è Republica duxerint, ſuis damnis læta, dum Nobis faciat utilia. Electo Rege, relicta à Nobis, noſtri curam non reliqvit; non excitavit bella, neq; Civilia, neq; externa; imo vindictam ultrò offerentes, ad concor-



diam

diam hortabatur ; Et nec verbo qvidem ulta eſt hanc ordinum Malevolentiam: Infracto illa animo excipiens fulmina, qvo in ſuum Populum vertere potuiſset; & cum prævideret de Reipublicæ commodo amplius non futuram, Regno exceſsit, ne oneri eſſet; ne malevolis prætextui; turbulentis occaſioni; exceſsit, Rempublicam ſumptibus, ſui alendæ, ſublevando. Qvamvis Rege conjuge, trono, Dote, opibus ſpoliata, haberet tamen, qvod abſens nobis largiatur; Sui adeo oblita, ut vix nomen è Regno aſportaret: Ad ſecunda (annuente Republica) tranſiens Connubii vota, cui nupſit Marito? inimico forte noſtro? vel genti noſtræ invido? aut ſuſpecto? non ſanè: ſed fortiſsimo Heroi, nationis noſtræ amantiſsimo, de re Chriſtiana, & Republica noſtra optimè merito; nupſit Sereniſsimo CAROLO, Lotaringiæ Duci Qvinto; qvem ipſimet vidimus magna operantem, infenſam nobis Turcarum aciem profligantem, omnia qvæ in Hungaria Hoſtilia cinxit mœnia, ſuperantem; in campo indefeſsum, in caſtris vigilem, in obſidionibus conſtantem, in periculis firmum, in diſpoſitionibus prudentem, in annona providum, in præliis fortem, in expugnationibus præſentem & cordatum; Victoriis onuſtum, magnanimum & liberalem, adeo, ut Militibus, tam urbium, qvam Caſtrorum hoſtiſium prædas (qvas ſuæ utilitati ſummæ accommodare potuiſſet) relinqvendo, unico tentorio, (& qvidem à Principe Lubomirio ſibi donato) durante ſeptenii contra Ottomannum bello, pro ſuo ſpolio contentus fuerit: Ex tanto Heroe, hoſtium noſtro-

noſtrorum profligatore acerrimo, ſuſcepit Sereniſsima Regina ELEONORA Filium hunc Sereniſsimum, LEOPOLDUM nempe, qvem in ſuos mores inſtituit, ut addita virtute bellica, dignum ſe, & celeberrima gente, donum efformaret: Principem ſummæ indolis, & Regiarum virtutum, juſtum, magnanimum, in Vere ætatis, maturæ jam ad miraculum ſapientiæ, in hoc qvod poſuit in Hungaria belli Tyrocinio, jam factis, jam plauſu militum, jam acclamatione Populorum inclytum Heroem, nec dubium Paternæ gloriæ hæredem: labore, vigiliis infatigabilem: verbo, ad felicitatem gentis liberæ & bellicoſæ natum; & vel bello, vel paci optimum: qvanta in ipſius vultu majeſtas! in comitate gratia! in alloqvio affabilitas! in animo beneficentia! & liberalitas! in pectore fortitudo! Ipſa ætas octodecim annorum, qvos præoccupavit prudentiâ, rebus noſtris eſt accommodatiſsima: ſincerius enim inſtillabimus leges & mores noſtros altæ huic menti, & ad exeqvendum jam idoneæ; dum pura eſt, & nullis factionibus imbuta, talem Regem (qvid optatius?) habituri, qvalem ipſi effecerimus; & efficiemus optimum, qvia capax, qvia noſtri amans eſt; qvia nec Parentes, nec Conſangvinei, nec Factioſi, præcepta noſtra pervertent, nullas enim hic habet neceſsitudines, unde in manu noſtra erit fortuna Regni; neq; etiam qvotusqvisq; alius, provectioris licet ætatis, niſi prius inſtructus arte regnandi è re noſtra ad clavum Reipublicæ acceſſerit. Offenſas ſimul exterorum Principum ſic optime vitavimus: Nam Impe-

ratore pro Principe JACOBO; Rege Galliæ pro Principe CONTII; vel alio; aliis deniq; Principibus pro ſuis, qvoq; annitentibus hunc eligentes neminem offendemus. In arbitrio inſuper noſtro atqve electione erit, cujuscunq; potentiæ nobis per ipſius conjugium, conciliandæ. Regem faciemus tanto noſtro unorum beneficio, ad ſeriò capeſcendam Rempublicam, eo excitatiorem, qvo vehementius, eum ad amorem noſtri ſtimulabit illuſtre hoc præmium Maternæ in Nos pietatis; dabimus præterea æviternum magnanimitatis & juſtitiæ documentum, non deeſſe potentiſsimæ Genti unde Regia in ſe merita, pro dignitate Publica remuneretur. Stabit & pro Divina gloria hæc æqvitas noſtra, tot namq; victorias ex immaniſsimo hoſte Chriſtiani partas, maximorum Heroum Sangvini, per ingens decus compenſabimus. Ceſſabunt jurgia, ſublatis factionibus, extinctis odiis, (qvorum hoc Regnante nulla formido,) beati concordiâ Ordinum, amantes Reipublicæ, legum memores, in nos æqvi, ab exteris cauti, Orbi ornamento, Patriæ utilitati, hoſtibus terrori vivemus: Imo regnabimus, qvisq, domi ſuæ placidè conſeneſcentes, ſemper qvieti & ſecuri vigilantiſsimo hoc Principe; qvem nobis propria ipſius virtus, geſta majorum, ipſa Salus Publica præ omnibus commendat; imo (dicam amplius) & natura ipſa, qvis enim nobis conjunctior, qvam noſtræ Reginæ Filius? nec injuria, ſi illa qvæ prius regnavit, priora etiam ferat boni regiminis præmia.

Fiet

Fiet deſideratus Pater Patriæ, ex Filio iſto Reipublicæ adoptivo; ſed cur Adoptivum dico? Sub noſtra Corona natus eſt; & tamen timidè eum Polonum nominavero; injuſtè Germanum, nec vere Loteringum; ſingulorum enim ſpeciem refert. Ergo ut bono omine claudam Sereneniſsimum Ducem LEOPOLDUM eodem nomine comprehendam, qvo comprehenſus ab illo videtur, qvi nobis Divino Spiritu futuros Reges præfigurat, & Sereniſsimo JOANNI Tertio prædixerat, Regni Succeſſorem

Diverſi Colorem.

## Szlachcica iednego Polskiego przed Elekcya DYSKURS.

NArodowi Wolnemu y Walecznemu Krola ſzukamy / z ktorym zaraz sławy / zdrowia y Wolnosci Rzeczypoſpolitey upatrowac mamy. Ale iezeli z Kroleſtwa Polskiego / czyli zkad inad zaciagnac go potrzeba. O tym ieſt prawdziwie dobrego ziemianina pilne ſtaranie. Ja o tym gdy

mam

mam Sentencyą moię wydać / to przynaymniey chociasz
nie proſzony mowię / dowcipnego ſtarania nagrodę odnioſę/
gdy albo Samſobie będę ſwiadkiem/ wiele razy weſoła mysl
mi przyidzie zem dnia dziſieyſzego słuſznie y ſprawiedliwie
o Oyczyznie radził.

Chociaz wielu w Oyczyznie naſzey godnych ſceptra wiem
krolewskiego / przecież zdaniem moim słuſznie Piaſtow exclu-
duiemy / azebysmy nie siali naſienia niezgody między familia-
mi / rowną nadzieią yſiłami naſtępuiącemi / ani łatwie
wrowny dział inſignia podaiącemi / zkadby Rzeczpoſpolita
na częſci rozdzielona braterską krwią Elekcyą oblac miała/
y wrota otworzyc do Nieprzyiacielskiey wzyny. Coz zas/
gdy po concertacyi o krolewską godnosc ſtrony dołaski nie
przyidą / albo przynaymniey nie ſzczerze. Jaka ruiny liczba
ktorą Oyczyzna uſtawiczniebu puſtoſzona była / gdyby tak
w Woysku / iako y wdomu zdrowe rady ſwoiego miec nie mo-
gły effektu. J nie dziw ze wtym kroleſtwie znieukontentowa-
nia iednego człowieka naywalnieyſze rzeczy ſię tamuią. Wnay-
więkſzym szacunku niech będzie zgoda / ktorzy tak wielkie wiel-
kiech ſtanutozyma ſtaranie / azeby wiey nadzieię kazdy ſam
ſiebie oſzukał o honor wielki ſtaraiący ſię. O tym prawo bę-
dąc poſtanowione / przeciwko ktoremu czyniąc ſamych ſiebie
w p[illegible]ſzłym Panowaniu oſzukuiemy / z Poſtronnemi tylko
przy[illegible]zni trybut widziec chcemy/ aby wnadzieię ich łaſki ſey-
my turbowac rwac / aby nic zdrowego nie radzono / zawſze ſię
na fakcye oglądaią/ gdzie w pieniądzach wſzyſtkie zawiſną ra-
dy/ktorych meta oſtateczna nie publiczny przywatny pozytek.

Togdy teraz rozwazam chęſto mi wdzięczna pámięc przy-
pada Nayiaſnieyſzny ELEONORY Krolowy. Ktorzy iakoz
niemam nalezytey oddac weneracyi? tey miley Oyczyzny U-
przeymey Kſięznie / ktorą mi wſzyſtek lud/ Koſciol Bozy y na-
wet ſam Bog nie przez Krzywdę Koronowaną czcic/ ſzanowac

y przy-

y przyiac podał. Niewdzięcznymi bym był zaprawde / gdy bym przynaymniey należytey nie oddał weneracyi/y miłości/ wiakiey ona záwſze Rzeczpoſpolitą okowała. Te zas oſobliwa poboznosc niemniey iako krew Ceſarska/ y wſzyſtkie iednym animuſzem uważone cnoty / nikt tak barzo nie uważył. aby ią Koronni Synowie zawzietemi roznoſciami miedzy Nayiaśnieyſzym MJCHAŁEM Krolem y ſoba Poyśredniczke poſtanowiana / byc rozumieli. Zwlaſzcza ktorey ſtaranie dla zgody Stanow / w ktorey zawiſła publiczny pozytek by wiedzieli od ſamey miłości Małzenſkiey/nad ktora nimaz nic ſciſleyſzego rownac mozna/ albo przewyzſzac. Nigdy ona radom naſzym nie była przeciwna/ nigdy ſtaraiacych ſię nie odrzucała / ani nigdy nic od dobra publicznego oddzielic chciała / co przez własne ſzkody ſwoie czyniła / tak dalece ze pokoy oſtatni / ktory z Moſkwą zawarliſmy/ poczeſciey ieſt dobrodzieyſtwem Nayiasnieyſzey Krolowey JMci: Kupiony bowiem wiemy dobrami Naiaſnieyſzego Krola JMci MJCHAŁA za poſag Nayiasnieyſzey Krolowy / y za to co od Nayaiasnieyſzego Małzonka ſwego in vim dotis miec miała. Coz mogło byc na znak miłości iako nas nay oſobliwſza rzecza na ziemi ubogacic/ a ſiebie ſame zubozyc / y tym ze umysłem miedzy przeciwnosciami po ſmierci Nayiaſnieyſzego Krola MJCHAŁA powſtałemi. Staneła nie poruſzona. Oznaymowali przyiaciele niebeſpieczenſtwo w Obieraniu Krola y Małzonk[illegible] a zeby twierdziła ſtrone ſwoie/ od Rzeczypoſpolity ſię o[illegible]liła/ ſobie beſpiecznosc z publicznego zamieſzania obmyslała / od czego ona zawſze ſtroniła / wſzyſtke ufnosc wſprawiedliwosci pokładaiac y dobrowolnosci Stanow/ twierdzac ze naylepſza ieſt Kroleſtwa łaſkawosc za ſtroza/ zawſze mi w uſzach on złoty głos/ ktorego zwykła zazywac/ gdy mawiała. Niech czynią co ſię Rzeczypoſpolitey bedzie zdało / ze ſwoiey ſzkody weſoła / aby nam tylko dobrze czyniła. Po obraniu Krola zoſtała od nas opuſzczona / ale ona o nas ſtarania nie opuſciła/ nie wzruſzała woyny tak poſtronney/ iako domowey / y ocſz[illegible]t

ktorzy mſcic ſie grozili / Onychze do zgody napominała. Y oni
ſłowem ſie iednym mſciła / tey złey woli nad Rzeczapoſpolita.
Niezwyciezonym animuſza te piorunny przyimuiac / chociaz
mogla iako na ſwoich podanych onez obrucic. A gdy
iuz obaczyła ze Rzeczypoſpolitey dobm wiecey niemogła byc
pocyreczna / z Kroleſtwa wyiachała. Niechcac Rzeczpoſpoli-
ta do koſztow przyprowadzac ſwoim wychowaniem ; choziaz
dla dobra poſpolitego poſag utraciła y ſkarby / znalasła prze-
cie czymby nas mogła obdarzyc y wodległey ſtronie / ſiebie
wielce zapominaiac ze ledwie tylko JMcie Krolewſkie wy-
nioſła. Wdrugie idac ( za wola Rzeczypoſpolitey ) malzen-
ſtwo / ktoremu była poslubiona podobno nieprzyiacielowi
naſzemu. Narodu naſzego wielce Kochaiacemu / w Chrzesci-
anſtuie y Rzeczypoſpolitey znamieniecie zasluzonemu ; poſzła
za Nayiasnieyſzego KAROLA / Lotarynskiego Xiazecia Pia-
tego ; ktorego ſami widzieliſmy magna operantem , Oboz
Turecki woiuiacego / Zwyciezaiacego wſzyſtko / cokolwiek w We-
grzach nieprzyiaciel opanował / na placu niezmordowanego /
w Obozie czuwaiacego / w Oblezeniach ſtatecznego / w Niebe-
scie czenſtwach utwierdzonego / w Obmyslaniu zapłaty woy-
ſku przezornego / w Utarochach mocnego / w dobywaniu For-
tec obecnego / y walecznego. Zwycieſtwami obeiazonego / O-
dwaznego / y szczodrego / iakdalece ze zołnierzom tak miaſt /
iako obozuw ſpolialy ( ktore na ſwoie potrzebe mogł obrocic )
zoſtawuiac iednym namioten ( y to od Xiazecia Lubomirſkiego
darowanym ) trwaiac przez ſiedm lat przeciw Turkam na
wrynie tym ſtupen był coutent. Z takiego Rycerza nieprzy-
iacioł naſzych zwyceſzy poteznego / miała Nayiasnieyſza ELE-
ONORA Krolowa Syna LEOPOLDA / ktorego ſwoiemi
cnotami y obyczaiaimi pieknemi napoił / a zeby przyłozywſzy
animuſzu woiennego / ſtał ſie godnym ſławnego narodu upo-
minkiem / Xiazecia wielkey dzielnoſci y Cnot Krolewſkich /
ſprawiedliwego / odwaznego / pod Wioſne wieku ſwego / doy-
zrzałego cudownie rozumu / wtym ze w Wegrzech Młodosci
ſwoiey

ſwoiey od prawuie poczatki / iuz dzieken / iuz applauzem ry-cerzow / iuz acclamacyami Ludzi / ſlawnego boatyra bez Wat-pienia Oycowſkie ſlawy dziedzica / pracami / czuwaniem / nie-zmordowanego / ſlowem do latwosci Narodowi wolnemu y Woiennemu urodzonego / y lubo do woyny / lub do pokoiu zgodnego iaka ieſt wiego twarey wſpanialosc / w ukladnosci laſka / w mowie przyiemnosc / w umyſle dobroczynnosc / y hoy-nosc / w pierſiach potega. Sam wiek Oſmnaſtu lat / ktore po-przedzila roſtropnosc / rzeczom naſzym wlaſnie zgodny / ſzcze-rzey bowiem podac mozemy prawa y zwycyaie naſze wyſokie-mu temu umyſlowi / y do wykonaia iuz godnemu / gdy ieſt ocyſty y zadnemi nie napoiany fakcyami / takiego Krola ( nic pozadanſzego ) miec iakiego ſami obrac mozemy / y uczynimy naylepſzego ; bo ieſt poiety / ieſt y nas kochaiacy / ani tez Rodzi-ce / ani Krewni / ani Fakcyanci / naſzych inſtitutow nie prze-wroca. Niema bowiem ten zadnych intervenciey / zkad wre-kach naſzych bedzie Fortuna Kroleſtwa ; ani drogi ktozkolwiek inſzy lubo doyzrzalſzego wieku / azby wprzod byl wyczwiczony nauka Krolowania z naſzey rzeczy do Rzeczypoſpolitey Klucza nie doydzie. A tak urazow zarazem poſtronnych Xiazat bar-co dobrze wydziemi ; Albowiem Ceſarza JMci za Nayianiey-ſzna Krolewiczem JAKOBEM / Krola Francuſkiego za Xia-zecien de CONTI lub za inſzym ; y inſzych Xiazat za inſzemi ſwoiemi ſtaraiacych ſie / tego obieraiac zadnego nie rozgnie-wamy. Wſzak to na woli naſzey y Elekcyi bedzie z iakazkol-wiek Gorencya Onemuz w ſtan Malzenſki dobieraiac przyia-ciela laczyc ſie. Krola uczynimy takim ſpolnym dobrodziey-ſtwem do Rzeczypoſpolitey ſzczerze uprzeymego y pylnego / tymbarziey / y domilosci nas ſamych pobudzi go ten znaczny u-pominek Macierzyńſka poboznoſcia. Damy oſobliwie wieko-pomny rezolucyi y ſprawiedliwoſci naſzey dokument / ze na-niey nigdy nie zbywa niezwyciezonemu Narodowi. Zkad Kro-lewſkie zaſlugi dla godnoſci publiczney na nas ſie obroca. Stanie ta ſprawiedliwosc naſza za Boza chwale / y wſzyſtkie

 zwy-

zwycięſtwa odnieſione z nieprzyiacioł Chrzeſciańſkich krwi wielkich zwycięſcow / przez tak znamienitą ozdobę nagrodzimy. Uſtaną ſwary / oddaliwſzy fakcye / wygubiwſzy nienawiſci / czego ſię zá tego Panowaniem obawiac bynaymniey nie potrzeba / błogoſławieni ktorzy zgodę Rzeczypoſpolitey kochaią / na prawa pamietaią / nam ſprawiedliwi / Oſtrozni przeciw poſtronnym. Swiatu Ozdobą / Oyczyznie pozytkiem nieprzyiaciołom poſtrachen zyc będziemi J owſzem Krolowac będziemy kazdy w domu ſpokoynie ſwoim w zocne lata / Zawſze zgodni / y beſpieczni / gdy ten czuwac będzie Xiąże / ktorego nam właſna iego cnota / dzieła Przodkow / ſamo zdrowie publiczne między innemi zaleca. Jouſza ( rzekę więcey ) y natura ſama / ktoz nam barziey ieſt blizſzy / iako naſzey Krolowy Syn / ani tez krzywda / iezeli ona ktora pierwey Krolowała / niech by tez dobrego rządu pierwey nagrodę odebrała.

Stanie ſię pożądanym Oycem ten Syn przyſpoſobiony Rzeczypoſpolitey / ale dla czego przyſpoſobionym go zowię? pod naſzą Koroną ieſt urodzony / a przecię zboiaznia Onegoz Polakiem zowię / nieſłuſznie Niemcen / a ni prawdziwie Lotarynczykien wſzyſtkich bowien oſobę wyraza. Niech ze / abym ſzczęſliwie zawarł Nayiaſnieyſzego Xiążęcia LEOPOLDA tymze Jmieniem dobiegę / ktorym ieſt dobiezony od niegoz ſamego zda ſię byc / ktory nam Boſkim Duchem przyſzłych Krolow figuruię y Nayiaſnieyſzemu JANOWJ Trzeciemu przepowiedział Sukceſzora na Kroleſtwo Roznego Koloru.

P. D. 2119

INSTYTUT OSSOLIŃSKIEGO.